Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



187

Quando dicit non ē ūrm scire ostendit
qd ipse sciat sed non expediat nosse apos
tolis, vt semp incerti de aduentu iudicis sint
sic cotidie uiuant quasi de alia iudicandi sint,
denique & consequens euangelii sermo
idipsum cogit intelligi dicens quoq; patrē
solū nosse in patre conprehendit & filium,
omnis enim pater & filii nomen ē, sicut
autē in dieb; noe erant & aduentus filii
hominis., quomodo erant in dieb; noe ante
diluuiū comedentes & bibentes nubentes
& nuptias tradentes & reliqua, quertur
quomodo supra scriptū sit, surgit enim
gens contra gentē & regnum aduersus
regnū & erunt pestilentie & fames & terre
motus, & nunc ea futura memorentur
que pacis indicia sunt., sed aestimandum
iuxta apostolū qd post pugnas & dissensio
nes pestilentias fames & terre motus
& cetera quib; uastatur humanū genus
breui tui subsecuta sit pax.,